Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta congregrationis ben. argent - Cod. Ettenheim-Münster 55

[S.l.], 1623-1624

Complementum ad Statuta

urn:nbn:de:bsz:31-108283

Visual Library

Complementum ad Statuta.

Sedendum est in choro sub Matutinis et sub Laudibus nō
cantatis: item sub officio B. Virg: ac Defunctorū, ceteris
omnibus sub horis standū.

In egressu chori ab horis semper praecedant Juniores propter
disciplinā; ad locū tamē capitularē mane post primā vetori
et ubiq recepto more praecedant Seniores.

In primae et 2ae classis festis eodem modo pulsetur, nempe 3
ad utrasq vesperas et Matutinū fiat signū primū duabus
campanis minoribus, 2dm duabus maioribus: ad Sacrum
sacrū erit signū primū una consueta, 2m duabus maioribus,
compulsationes fiant omnibus campanis; ad primā canoni:
cā datur primū signū una minore, 2m duabus maioribus: in
festis maioribus: 2m festi per annū extra compulsationes primū
signū ad utrasq vesperas et ad Matutinū fiat una ~~maiore~~ minore
2dm una maiore. Ad Laudes sonus compulsatus eodem
modo, et iis campanis, quibus ad Matutinas dici-
modo,

Transitus recreationis permittitur, quadiu nullus abusus inde
irrepat. Deinde intelligendus est eo modo, quo intelligebatur à pro-
ponentibus, videlicet, ut semel quoq anno cuiq permittatur ad ali-
quod monasteriū transire, sed solū, qui egent mutatione aëris, aut
alias merentur, tractenturq modo tamē definito, nempe duobus
diebus hospitū more, et exempti sint à choro, et quotidianis exercitiis,

et in mensa haustus, et ferculum adjiciatur, si commoditas fert:
et cum adjunctis eius monasterij socio deambulare possunt obtenta
à superiore licentia, nec tamen ultra Vesperas evagentur, habe:
antes punctum vespertinum, sed in extraordinarijs recreationibus
et collegijs alij Conventuales se eis aggregabunt. Lapsis tribus
praestent omnia, et tractentur in omnibus, ut Conventuales
loci, si valeant.

Benedictio et Gratiarum actio mensae facienda sine accentu, tra:
ctim tamen per modum psallendi, eaturque cum Miserere, vel alio psal:
mo tempori congruo, ad chorum, vel si nimis distet, ad Museum,
tam post coenam, quam post prandium.

Tardius venientes ad mensam sic se humilient, ut inclinati
se sistant ad mensam Abbatis seu Praesidis in medio, atque accepto
signo erecti accedant dicturi causam tarditatis, nisi signo di:
mittantur ad suum locum, ubi benedictionem mensae fecerint.

Signum datur ad benedictionem mensae hac ratione, congregatis
omnibus in Refectorio FF. Abbas seu Praesidens det signum
pede, quo monentur Hebdomadarius ad incipiendum Benedi:
ctionem. Lector mensae non subito incipiat legere inter strepitum,
sed expectet signum à Praesidente dandum cultro; circa finem
mensae dato iterum signo à Praesidente cesset legere propter
strepitum levantium mensas. Denique quando Praeses vult ut
surgatur, det iterum signum digito vel manu, dicit Lector Tu
autem Domine, surgitur modeste.

Diebus dominicis et festis, etiam in foro celebrandis, nec non
in prima et 2a classis, Salve Regina, vel alia pro tempore te:

post Antiphona est cantanda post Vesperas.

Nemini quidem iubetur, laudamus tamen si fiat, praesertim ubi melior est commoditas, ut propter cauendos discursus, et ne chorus hominibus exuatur, aut quod propter maiorem disciplinam non expediat, in Choro habere aliquod Positiuum aut Regale musicum, ad quod quandoque musice cantari nec semper superior chorus ascendendus.

Si una tantum feria sit in septimana, fiat summum sacrum iuxta Directorium de Dominica, nisi sit menstruum pro defunctis, si plures feriae, fiat etiam de Patronis. Cetera iuxta Missale.

Tertio die post festum omnium Monachorum Novemb: aut eo impedito, alio subsequente non impedito fiat summa missa cum praemissis Vesperis Noct: et Laud: defunctorum pro omnibus Abbatibus eius Monrij defunctis, ac [illegible] et Conventualibus, ac benefactoribus; quarum oratio prima sit, Deus qui inter Apost: etc., Deus veniae larg: 2da, Fidelium.

Quando Breviarij, et Officij B.V. Rubricae discrepant, sequendum est Breviarium v.g. Breviarium ponit unum Nocturn: in Anniversarijs FF. officium tres.

Omnia Capitula, etiam ordinaria post primam [illegible] haberi solita, licet non dicatur culpa, concludantur per Adiutorium nostrum.

90 Post capitulū annale duo officia cantanda conventualia, alterū pro defunctis, alterū de B.V. pro vivis; atq singuli conventuales Sacerdotes easdem missas privatim legant.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST